Alcali ſal, quid ſit.

CAPVT III.

Senſus ductores vitæ & omnium actionum voco.

INſtituti mei non eſt, hîc, vt dicitur, rem ab ouo aut ab elementis arceſſere, ſed de rebus naturalibus, phyſicis, materialibus, & ſenſu notis demonſtrationem aggredi.

Fit itaq; ſal Kali ex *herba* Kali, magnâ copiâ in Ægypto prouenīēte quæ ibidem viridis *exuritur*, & ad *nos trāsfertur*, à quibuſdam vocatur etiam ſoda, lumen catinum, & vero nomine ſal Kali appellatur, non reperitur tamen ſal Kali in natura, *nec in omnibus tribus* regnis, niſi ab artifice ignis ope producatur; hinc tres habere partes hanc virginem antiqui ſcripſerunt, Naturam ſcilicet, ignem, & Philoſophum.

Alcali, eſt inane

Eſt etiam ſal Kali, compoſiti pars, vt reliqua ſalia, virtutibus

tamen ſeminalibus orbatum, habet ſaltem virtutem abſterſiuam, ſaponariam, & reſolutiuam proprietatem, huius inanitionis gratiâ, quaſi informis, abſorbet combibitque omnis generis acida (impregnationem dixerunt patres) hinc omnia ſalia, quæ acida mortificant, unico & generali nomine *Alcalia* appellantur, quæ reperiuntur non ſolùm in vegetabili, ſed inſuper in animali, & minerali *familia*; ſunt etiam *in his tribus* multiplicia, fixa nimirum, volatilia, manifeſta, occulta, mediæ naturæ, ex animalium partibus deſumpta, quæ ad oculum ſunt demonſtranda; & primò à notiori incipiam, quod reperitur *in ſilice*, *qui quatenus ſilex conſideratur ab* imperito, quaſi unico freno regeretur; vitrarij autem periti Muranenſes obſeruarunt, quod licet ab utero aut *natali loco* exemptus, centum libras annuatim decem *a* plùs minùſue acquirere; inde dicit Hippocraticus, *Iovis omnia*

& vacuum.

Silex.

a in Aere eſt occultus vitæ cibus

docet Coſmopolita. *plena*, & etiam in ambiente nutrimentum accipere, ſed quam primùm ignis externus & artificialis accedit; tùnc illum peritus, mox in vitrum liquat, mox in calcem vertit.

In ſilice itaque comprehendit Hippocr. Philoſophus & Chymicus duas differentes facultates, à Magiſtro & Doctore IGNIS & AQVA *b* ſic propter ſuas rationes appellatas quæ ſilicem conſtituerunt, quas per ignem debitum alterat *Chymicus*; quæ alteratio vocatur *incineratio*: *in* pulverem enim ſponte abit. Vnde *communi nomine calx appellatur.*

b libr. 1 de diata.

Hoc in cinere vel calcinato rurſùs comprehendit ſuprà nominatas *facultates*, *quæ nunc ſemel* & *ſemper* pro majori intelligentia ACIDVM & ALCALI vbique nominabimus ab effectu.

Acidum, & Alcali natura inſtrumenta. Calx itaque habet in ſe duo ſalia; Hippocr. duas facultates acidum nimirum & alcali, ambo in

igne conſtantiſſima, & vnum alteri contrarium; cùmque irrigatur calx, tunc ſalia ſoluuntur aguntque in inuicem: Alcali abſorbet & agit in acidum, & hoc viciſſim aſſumit alcali: non quidem pro deſtructione, *a* ſed pro noua generatione, & quicquid in illa actione apprehendunt, non procul recedens ab eorum natura, indureſcit cum illis in lapideam duritiem: ſic contrarium coagulatur à contrario.

Ignem vero acidum, & aquam alcali eſſe ſuis locis oſtendam.

a *Homines ex manifeſtis, obſcura conſiderare non nouerunt Hipp. lib. 1. de diæta.*

Hanc notitiam de calce, ſi ex Hippocrate didiciſſet Reformator; non inſtituiſſet, heu miſer! alcali viperini cum calce fixationem, vt lamentabili voce in diſcurſu de ſale *b* Theriacali declarat.

b *pharmac. fol. 481.*

Poſtquam Hippocraticus iuxta *leges naturæ, contrarijs* facultatibus notauit calcem petrificari, rememorat Magiſtri & Doctoris documentum, quod nimirùm *ſimilia ſimilibus* debeant diſſolui, & id non ſolum in artificialibus, ſed etiam in naturalibus, præſertim in medicina, & corpori-

Contraria cõtrarijs coagulantur.

bus humanis, vt paulatim apparebit: *artes nimirum naturam humanam imitantur*, verba Hippocr. & *concors concordi adhærere* docet idem *b*

b *Hip. li. 1. de diæta.*

Alcali & oleum ſit Sapo,

CAPVT IIII.

CAlx, vt dixi, habet duas diuerſas facultates *acidum* & alcali: alcali habere ſaltem ſaponariam & abſterſiuam virtutem *ſuprà dixi*, quam extrahere & ſeparare docuerunt Hippocratici ſuo ſimili. *c* Saponarij itaque addunt calci, Alcali factitium, ex *vegetabilibus exutum*, *in tripla proportione*, eò quòd acidam partem in calce mortificat, & alteram ſuo ſimili liquat. Humectant itaque cineres alcalizatas pauxillùm, quibuſcum cooperiunt calcem inextinctam; ſic relinquunt, donec calx dehiſ-

c *Similia ſimilibus ſoluuntur.*